Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



q V s

domum uostri. et gratia magna eat
in omnibus illis. Nec enim quisquam
egens erat inter eos. Quotquot enim
possessores agrorum aut domorum
erant uendentes afferebant pretia
eorum que uendebant et ponebat
ante pedes apostolorum. Diuidebatur
autem singulis prout cuique opus erat
Joseph autem qui cognominatus est bar
nabas ab apostolis quod est interpretatum
filius consolationis. Leuites cyprius
genere cum haberet agrum uendidit
illum et attulit pretium et posuit
ante pedes apostolorum.

V

Vir autem quidam nomine ana
nias cum uxore sua saphi
ra uendidit agrum et fraus
dauit de pretio agri consilio sibi uxo
re sua. et afferens partem quidam
ad pedes apostolorum posuit. Dixit
autem petrus ad eum. Anania cur tem
ptauit sathanas cor tuum mentiri
te spiritui sancto. et fraudare de pre
tio agri. nonne manens tibi mane
bat et uenundatum in tua erat po
testate. Quare posuisti in corde tuo
hanc rem. Non es mentitus homi
nibus sed deo. Audiens autem ananias
hec uerba cecidit et expirauit et
factus est timor magnus in omnes
qui audierant hec. Surgentes
autem iuuenes et amouerunt eum
et efferentes sepelierunt eum.
Factum est autem quasi horarum tri
um spacium et uxor ipius nesciens
quod factum fuerat introiuit. Ad
dit autem ei petrus. Dic mihi mulier
si tanti agrum uendidisti. At illa dixit
Etiam tanti. Petrus autem dixit ad eam
Quid utique conuenit uobis temptare
spiritum domini. Ecce pedes eorum
qui sepelierunt uirum tuum ad hostium
et efferent te. Et confestim cecidit ad
pedes eius. et expirauit. Introeuntes
autem iuuenes inuenerunt illam mor
tuam. et extulerunt et sepelierunt ad
uirum suum. Et factus est timor in
magnus in uniuersa ecclia et in omnes
qui audierunt hec. Per manus autem
apostolorum fiebant signa et prodigia
in plebe. Et erant unanimiter omnes
in porticu salomonis. De ceterum autem
nemo audebat conuiscere se illis. sed
magnificabat eos plus. Magis autem
augebatur credentium multitudo
in domino uerberum uirorum ac mu
lierum ita ut in plateas eicerent in
firmos et ponerent in lectulis et grabba
tis. ut ueniente petro saltem umbra
illius obumbraret quemquam illorum
et liberarentur ab infirmitatibus
suis. Concurrebat autem et multitu
do uicinarum ciuitatum hierusalem
afferentes egros uexatos a spiritibus
immundis qui curabantur omnes.
Exurgens autem princeps sacerdotum
annas et omnes qui cum illo erant
que est heresis saduceorum repleti
sunt zelo et iniecerunt manus in
apostolos et posuerunt illos in custodia
publica. Angelus autem domini per
noctem aperiens ianuas carceris et
educens eos dixit. Ite et stantes loqui
mini in templo plebi omnia uerba